

Letter 5B: Phantasmata II: Domus Infamis

Pl. Ep. 7.27.4-6

TIER 5B.1

Ego alteram fābulam dē phantasmatibus audīvī. Haec fābula est **magis** terribilis sed nōn minus **mīra**.

Athēnīs erat domus. Domus erat magna et **spatiōsa**. Domus etiam erat mala et infāmis. Noctū, inhabitantēs poterant **strepitum** audire.

Prīmō streptius erat longius, deinde stepitus **ē proximō** erat. Mox **phantasma appārēbat**. Erat senex **macer** et **squālidus**, cui erat barba et capillī horrentēs. In **cruribus** eius erat **compedēs** et in manibus **catēnās**. Compedēs catēnaeque magnum strepitum fēcērunt.

Propter strepitum inhabitantēs nōn dormiēbant. Noctēs erant longae et malae, quod inhabitantēs senem et strepitum metuēbant. Mox propter metum aegrōtābant. Strepitus **crēscēbat**.

magis: *more***mīra:**
*wonderful,
amazing***spatiōsa:**
*roomy, spacious***strepitum:** *noise***ē proximō:**
*from nearby***phantasma:**
*ghost***appārēbat:**
*appeared***macer:** *thin***squālidus:** *dirty***cruribus:** *his
legs***compedēs:** *foot
shackles***catēnās:** *chains***crēscēbat:**
*increased, was
getting louder*

advēnit: *is approaching*

interdiū: *during the day*

prōscribēbātur: *was put up for rent*

condūcere: *to rent*

expōnam: *I will put forth, explain*

capāx: *roomy, capacious*

īnfāmis: *notorious, infamous,*

attendere ācrius: *to listen carefully*

vinculōrum: *of chains*

Propter strepitum metus crēscēbat; tandem inhabitantēs, aegrōtantēs et metuentēs, mortuī sunt.

Diēs **advēnit**. **Interdiū** nōn erat strepitus in domō, nōn erat phantasma. Sed memoria senis macrī et squālidi **manēbat**. Memoria senis erat longior quam imāgō ipsa.

Quā dē causā, domus manēbat dēserta et quiēta. Phantasma solum in domō habitābat. Sed domus **prōscribēbātur**. Nēmō volēbat hanc domum **condūcere**. Omnēs sciēbant phantasma habitāre in hāc domō.

TIER 5B.2

Ego alteram fābulam accēpī. Hanc fābulam **expōnam**. Nōnne haec fābula altera magis terribilis et nōn minus mīra?

Erat Athēnīs domus. Haec domus erat spatiōsa et **capāx**. Domus etiam erat **īnfāmis**. Erat pestilēns. Noctū in hāc domō sonus audītur. Primum sonus parvus est.

Necesse est **attendere ācrius**. Sī attenderēs ācrius, audīrēs strepitum **vinculōrum**.

Sī attenderēs ācrius, strepitus vinculōrum prīmō longius est. Deinde hic strepitus **redditur ē proximō**. Strepitus proximus est magnus.

Mox imāginem appārēbat. Imāgō est senex. Senex erat maciē et **squālōre cōfectus**. Senex erat **prōmissā barbā** et horrentī capillō. Gerēbat crūribus compedēs et manibus catēnās. Senex etiam hās compedēs et catēnās magnō strepitū **quatiēbat**.

Causā imāginis et strepitūs, inhabitantēs male dormiēbant. Noctēs erant trīstēs et dīrae. Strepitum metuentēs, inhabitantēs per noctem **vigilābantur**.

Morbus metum **sequēbātur**. Deinde, crēscēte metū, mors morbum sequēbātur!

Interdiū imāgō horrifica **abscesserat**. Interdiū autem memoria imāginis nōn abscēdēbat. Memoria imāginis **oculīs inerrābat**. Timor memoriae imāginis erat longior quam imāgō ipsa.

Domus igitur erat dēserta et **damnāta** solitūdīne. Tōta domus illi mōnstrō **relicta est**. Domus tamen **prōscribēbātur**.

redditur ē proximō: is returned, is heard

ē proximō: from nearby

squālōre cōfectus: smeared with filth

promissā barbā: with a long beard

quatiēbat: was shaking

causā: for the sake of, because of

vigilābantur: would stay awake

sequēbātur: followed

abscesserat: had left, departed

oculīs inerrābat: wandered in front of their eyes

damnāta: condemned

relicta est: was abandoned

prōscribēbātur: was put up for sale

emere: *to buy, purchase*

tantum: *what a great*

nōnne: *surely*

ut: *as*

ferri: *to be carried, to be heard*

Quis vellet hanc domum
condūcere?

Quis vellet hanc domum **emere**?
Aliquis quī nescīret **tantum** malum
esse in hāc domō. Aliquis quī
phantasmata nōn timēret.

TIER 5B.3

Nōnne iam est illud
quod [ego] expōnam
et magis terribile
et nōn minus mīrum
ut [ego] accēpī?
Erat Athēnīs
spatiōsa et capāx domus
sed infāmis et pestilēns.
Per silentium noctis
sonus **ferri**,
et, sī attenderēs ācrius,
strepitus vinculōrum
longius prīmō [reddēbātur],
deinde ē proximō
[auribus] reddēbātur:

Mox appārebat īdōlōn,
 senex maciē
 et squālōre cōfectus,
 prōmissā barbā
 horrentī capillō;
 compedēs [in] crūribus [gerēbat],
 [in] manibus catēnās gerēbat
 et [compedēs et catēnās] quatiēbat.

Inde **inhabitantibus**
 trīstēs **dīrae**que **noctēs**
 per metum **vigilābantur**;
 morbus vigiliam sequēbātur,
 et crēscente formīdine
 mors [morbum] sequēbātur.

Nam interdiū quoque,
 quamquam imāgō abscesserat,
 memoria imāginis oculīs inerrābat,
 et timor erat longior
causīs timōris.

Domus dēserta **inde** et
 damnāta sōlitūdine
 tōtaque [domus] illī mōnstrō relictā;
 prōscribēbātur tamen,

inhabitantibus
 ... **noctēs**
vigilābantur:

*for the
 inhabitants
 nights were
 being the cause
 of wakefulness;
 the inhabitants
 stayed awake all
 night*

*dīrae: dreadful,
 dire*

causīs: *than the
 causes*

inde: *from
 there, from that
 point onward*

ignārus:
unknowing of,
ignorant of

seu: *or*

Seu quis **ignārus** tantī malī
 vellet [domum] emere
seu quis vellet condūcere.

TIER 5B.4

4 Iam illud nōne et magis terribile et nōn minus
 mīrum est quod expōnam ut accēpī?

5 Erat Athēnīs spatiōsā et capāx domus sed infāmis
 et pestilēns. Per silentium noctis sonus ferrī, et sī
 attenderēs ācrius, strepitus vinculōrum longius prīmō,
 deinde ē proximō reddēbātur: mox appārēbat idōlōn,
 senex maciē et squālōre cōfectus, prōmissā barbā
 horrentī capillō; crūrībus compedēs, manibus catēnās
 gerēbat quatiēbatque.

6 Inde inhabitantibus trīstēs dīraeque noctēs per
 metum vigilābantur; vigiliam morbus et crēscēte
 formīdine mors sequēbātur. Nam interdiū quoque,
 quamquam abscesserat imāgō, memoriā imāginis
 oculīs inerrābat, longiorque causīs timōris timor erat.
 Dēserta inde et damnātā sōlitūdine domus tōtaque illī
 mōnstrō relictā; prōscribēbātur tamen, seu quis emere
 seu quis condūcere ignārus tantī malī vellet.